DE

PERPESSIONE TORMENTORVM

PRAESIDE

AVGVSTINO A LEYSER

ICTO

POTENTISSIMO POLONIARVM REGI ET PRINCIPI ELECTORI SAXONI, S. R. I. H. T. VICARIO, A CONSILIIS AVLAE AC IVSTITIAE, CONSISTORII ECCLESIASTICI DIRECTORE, CVRIAE PROVINCIALIS AC SCABINATVS ASSESSORE PRIMARIO, ET ORDINIS IVRIDICI ORDINARIO

IN ACADEMIAE VITEBERGENSIS

AVDITORIO IVRIDICO

AD DIEM APRIL. ANNO CIↃ IↃ CC XLV.

DISPVTABIT

CAROLVS FRIDERICVS CHRISTIANVS FRITZSCHIVS

TORGAV. MISN.

VITEBERGAE

PRELO EPHRAIM GOTTLOB EICHSFELDI
ACADEMIAE A TYPIS

[illegible]

I

Reus, exantlatis tormentis, & ab inquisitione, & a restitutione sumptuum absolvitur,

II

atque eos solos, qui in alimoniam eius impensi fuerunt,

III

sub quibus etiam comprehenduntur, qui in defensionem ipsius erogati sunt, fert.

IV

Reliquos vel magistratus, vel subditi, si hi ex pacto aut consvetudine ad expensas criminales obligati sunt, ferunt.

V

Tortus tamen tunc, quum vel dolus vel culpa ei imputari possunt, in expensas omnes condemnatur.

Naturale est, ut reus, exantlata tortura, ab inquisitione absolvatur. Sed numquid etiam ab expensis immunis est? Hic recta ratio & æquitas temperamentum suggerunt, ut, si rei innocentia plene appareat, nullumque factum eius vel fraudulentum vel culpabile supersit, sed ipse omnia, quæ ei imputata fuerunt, purgauerit, sumptus nullos ferat, nec calamitas nova iam tum satis adflicto addatur; contra reus, qui dolorem perpetiendo malitiam tamen culpamque omnem a se amoliri non potuit, ipse potius, quam magistratus, damnum, quod inde provenit, subeat, sumptusque omnes, qui, si ipse purior aut prudentior fuisset, facti non essent, ferat. Bene foret magistratibus, si leges civiles hoc temperamentum probassent. Adhuc enim exemplum non vidi, in quo reus tortus constanti inficiatione se plene perpurgarit. Restat semper aliquod illicitum, quod fieri ab eo non debuisset, quodque iudicem cum aliis suspicionibus, ut tormenta decerneret, movit; si non aliud, fal-

tem fuga, trepidatio, mendacium, variatio, contradictio. Verum hic iterum, ut cum Vlpiano in *L. 6. pr. de Iustitia et iure* loquar, ius civile naturali servire non videtur. Certe *articulus Carolinus 61* reum, qui tormenta pertulit, etsi caussam suspicioni dederit, simpliciter a solutione expensarum liberat, atque saltem ad restitutionem eius, quod in alimoniam ipsius impensum fuit, obligat. Cuius articuli literam sequuti ICti hoc ipso adhuc sæculo cum *Beyero in Comment. ad hunc art. 61: Si reus*, inquit, *in tortura nihil fateatur, atque adeo indicia purget, ab expensis, non modo in torturam, sed & in uniuersam inquisitionem factis, liberatur; idque etiam servatur, licet vel maxime inquisitus facta probrosa, ex quibus iudex indicium cepit, confessus aut eorum convictus fuerit.* Id saltem benigna interpretatione adiectum fuit, ut sub alimonia etiam defensio comprehendatur, teste *Bergero in Oeconomia iuris pag. 1205 n. 14.* Atque sic non solum ICti Vitebergenses olim, sed & Helmstadienses responderunt, me ipso, quamvis contradicente & suffragiis collegiorum victo, interprete: Daß peinlich angeklagte von der Anklage völlig zu entbinden, auch mit Erstattung der Unkosten, ausser denen, so auf ihre Atzung und Defension gegangen, zu verschonen sey. V. R. W. Rat. Decid. Obwohl Fiscalis in den Gedancken stehet, es blieben, ungeachtet der von der peinlich angeklagten überstandenen Daumschrauben, doch soviel und so starcke Indicia übrig, daß dieselbe, wo nicht mit der ordentlichen, wenigstens mit einer ausserordentlichen Straffe angesehen werden müsse. Alldieweil aber in einer Leib und Leben betreffenden Sache blosse Vermuthungen zu Auflegung der Straffe nicht hinreichen, sondern, wenn sie ziemlich starck seynd, mehr nicht, als die peinlige Frage, nach sich ziehen, auch, im Fall Inquisit die Marter, ohne etwas zu bekennen, aussteheт, gäntzlich purgiret, und, daferne nicht etwas neues darzu kombt, in keine weitere Betrachtung gezogen werden; So haben wir nothwendig die peinlig angeklagte völlig entbinden und loßzehlen müssen. Nun gewinnet es zwar das Ansehen, ob wäre sie zu Erstattung der Unkosten anzuhalten gewesen, in Erwegung, daß sie durch ihre eigene Schuld, nehmlich durch die Vertraulichkeit mit dem Dienst-Knechte, und die an das Hembde geschmierte aber von ihr anfänglich abgeleugnete grüne Seiffe, ihr selbst die Inquisition und Marter zugezogen. Allein es giebt die Peinl. Halß-

Gerichts-

Gerichts-Ordnung art. 61. hierinnen klare Maaſſe, und verordnet, daß der torquirte, wenn er gleich zu ſeinem Verdachte Urſach gegeben, keine Unkoſten, ſondern nur ſeine Aͤtzung, worunter nach Bergeri und anderer Rechtslehrer Erklärung die Defenſions-Koſten mit begriffen ſeynd, erſtatten ſolle; wornach wir uns denn in unſerem Erkenntnüſſe gerichtet. Verum accuratius inſpicientibus *articulum 61* apparet via, eundem commode cum naturali æquitate & ratione conciliandi. Oſtendi hanc viam, &, ICtos Helmſtadienſes iam tum illam iviſſe, dixi in *Specimine XC de Expenſis criminalibus medit. 8.* Fecerunt idem ICti Vitebergenſes menſe Februario anni 1734: Hat Inquiſit Arndt vor dem Scharff-Richter, als er demſelben untergeben worden, daß er an dem ihm beygemeſſenem Diebſtahle unſchuldig ſey, erhalten. Nun will zwar Inquiſit nunmehr nach Anleitung des 61 *art.* der Peinl. Halß-Gerichts-Ordnung völlig von der Inquiſition und allen verurſachten Unkoſten loßgeſprochen ſeyn. Alldieweil aber Inquiſit die unſchuldige Schwägerin verläumbdet, und durch ſeine falſche Beſchuldigung in Hafft gebracht, mithin, wenn gleich die Strafe des Diebſtahls abgehet, wegen ſolcher Verläumbdung, und des vielfältigen lügenhafften Vorgebens, woher er die Becher bekommen, annoch geſtrafft werden muß, alſo obangeführter 61 Artickel, welcher von einer völligen Abſolutoria handelt, hieher nicht zu ziehen iſt; So wird Inquiſit annoch 3. Wochen mit Gefängnüß, oder um 3. Rſchock beſtrafft, ſodann aber von angeſtellter Inquiſition entbunden, und der gefänglichen Hafft erlaſſen, jedoch zur Bezahlung aller durch ihn verurſachten Unkoſten angehalten. Quodſi autem reus ab expenſis liberatur, vel iisdem ferendis propter inopiam impar eſt, earum ſolutio ad magiſtratus officium pertinet, nec collatio civibus imponi poteſt, niſi hi forte ex conventione vel conſuetudine, conferre ſumptus criminales, die peinlige Koſten, debent, quæ quum adeſt, cives obligantur, quantumvis per torturam nihil effectum, nec obſtinatio rei fracta ſit. Cauſa enim, in qua ad tormenta perventum, etiamſi reus innocens deprehendatur, nec pœna infligatur, manet tamen peinlig, ſeu corporis adflictiva. Sic ICti Vitebergenſes menſe iulio anni 1735 reſponderunt: Hat Inquiſitin, als ſie unſerem vorigem Urthel zu Folge dem Scharff-Richter untergeben worden, vor demſelben ihre Unſchuld an den ihr beygemeſſenen Diebſtählen erhalten; So wird

sie nunmehr von der diesfalls wieder sie angestellten Inquisition entbunden, jedoch wegen der aus ihren Diensten mit einer andern diebischen Magd bey Nacht genommenen Flucht und dabey vorkommenden beschwerligen Umstände, 4. Wochen mit Gefängnüß oder um 4. neue Schock bestrafft, auch zu Bezahlung der durch sie verursachten Unkosten angehalten. Daferne jedoch ihr Vermögen darzu nicht hinreichet, so seynd die Unterthanen, im Fall selbigen sonst die Bezahlung der peinlichen Inquisitions-Kosten oblieget, ungeachtet die vollstreckte Peinlichkeit Inquisitin zum Bekäntnüße des Verbrechens nicht gebracht, solche Kosten zu tragen verbunden. V. R. W.

VI

Reus, innocens in tormentis repertus, delatorem tamen vel accusatorem suum de calumnia accusare & damnorum ac sumptuum restitutionem ab eo petere nequit;

VII

nisi calumniam manifeste probet;

VIII

ad quam probationem sola sententia absolutoria non sufficit.

IX

Delator tamen vel accusator, calumniæ convictus, eadem pœna, quam torto intendit, puniendus est.

In *articulo Carolino 61* negatur is, ad cuius accusationem vel delationem reus in equuleum coniectus tortusque, sed innocens repertus fuit, de calumnia accusari, atque torto ad restitutionem damnorum et sumptuum condemnari posse. Sed hoc tacitam & rectæ rationi convenientissimam in se exceptionem habet; nisi dolus & calumnia accusatoris delatorisve, quod scilicet indicia confinxerit, testesve subornarit, probari queat. Ad quam probationem tamen sola absolutoria sententia non sufficit. Egregie in *L. 3 C. de Calumniatoribus* dicitur: *non, si reus absolutus est, ex eo solo etiam accusator, qui potest iustam habuisse veniendi ad crimen rationem, calumniator credendus est.* Sic igitur ICti Vitebergenses mense februario anni 1734 responderunt: Hat Inquisit Arndt vor dem Scharff-Richter, als er demselben untergeben worden, daß er an dem ihm beygemessenem Diebstahle unschuldig sey, erhalten; Nun will zwar Inquisit nunmehr von dem Denuncianten völlige Satisfaction haben; Alldieweil

weil aber Rezsch seine Denunciation mit sehr starcken Anzeigungen bestärcket, also deßhalben eine Satisfaction zu geben nicht schuldig ist; So hat Arndts Suchen nicht statt. Verum quid iuris erit, siquidem calumnia accusatoris vel delatoris probari possit? Tunc & iniuste tortus damna ac sumptus ab eo petet, & magistratus illum publice puniet, *L. ult. de Calumniatoribus*. At qua poena? Si leges spectas, talionis, seu ea ipsa, quæ in crimen. quod per calumniam intendit, constituta est, *L. 10 C. de Calumniatoribus, articulo Carolino 107* in *fine*, Sächsisches *Mandat* wider die Selbst-Rache, *§. 50*. Quæ pœna talionis etsi iusta & æqua, ac reipublicæ salutaris, & ad coercendam sycophantiam atque muniendam civium securitatem necessaria, dura tamen plerisque ICtis videtur, & in iudicando & respondendo negligitur. Igitur semper fere arbitrariam pœnam calumniatoribus infligunt. Exemplum hoc in *tomo XV Theatri Europæi ad annum 1698 p. 458* reperio: **Es ward ein Pfarrherr in dem Canton Appenzell, welchen man gefangen gesetzet, und gefoltert, wieder auf freyen Fuß gestellet, und hat der gedoppelte Rath zu Trogen die Sache dergestalt ausgemacht, daß diejenige Dirne, welche ihn zuvor fälschlich angeklaget, eine Stunde lang an dem Pranger stehen müssen, hernach aber scharff mit Ruthen gestrichen, und nach alter Gewohnheit in das Land Appenzell einbannisiret worden; ingleichem muste sie der Obrigkeit 101 fl. zur Straffe erlegen, welches in gedachtem Canton die höchste Geldstraffe zu seyn pfleget, und bedeutet so viel, daß man das verwirckte Leben dadurch gleichsam wieder erkauffet; muste auch ferner 101 fl. gedachtem Pfarrherrn erlegen. Von ihren Mit-*Interessenten* aber, welche sie, solche falsche Anklage zu führen, mit Gelde bestochen, wurden die drey vornehmsten ihrer Stellen entsetzet, und muste jeder eben solche 101 fl. sowol der Obrigkeit als dem Geistlichen erlegen: sechs andere musten beyden Theilen 50, und noch zwantzig nach Beschaffenheit des Verbrechens 10, 50, 20 bis 30 fl. geben. Ueber dieses wurden sie genöthiget, dem beleidigtem Geistlichen eine Abbitte und Ehren-Erklärung zu thun.**

X

Reus, qui tormenta, etsi ex vehementissimis indiciis decreta, perfert, crimen imputatum plene purgat,

XI

ac adeo in dignitates & collegia restituendus est.

Ex iis reis, qui tormenta perferunt, paucissimi vere innocentes sunt. Nam, quum iudex ea nunquam decernere debeat, nisi in animo suo de rei maleficio plene conuictus, *L. 1 §. 1 de Quaestionibus, art. Carolin. 28*, atque tamen plerique eorum, de quibus quaestio habetur, in negando persistant, verisimile est, eos vere noxios animum tamen & corpus in tormenta durare. At hoc Dei iudicium est, non hominis, quem secundum leges sententiam ferre, ac reos, qui tormenta eluserunt, etsi eos nocentissimos credat, absolvere oportet. Et iudices quidem facile parent, longe vero difficilius alii homines, inprimis de plebe, qui, infamiam aut saltem maculam tortis adspergi nullaque arte elui posse, firmissime sunt persuasi. Et si alii omnes, certe opifices se ab hac opinione abduci non patiuntur, tortosque et absolutos in collegia sua recipere constantissime recusant, nec, nisi per comminationes & mulctas, in ordinem rediguntur. Peccant hi aperte contra *L. 14 C. Ex quibus caussis infamia*, inveniunt tamen et ICtos non incelebres, qui illis adsentiunt. Certe *Lynckerus in Analectis ad D. lib. 3 tit. 2 pag. 69.* istam *L. 14*, nec non *L. 22 de his qui notantur infamia*, usu publico obrui ait, et *Tabor de Tortura & indiciis delictorum cap. 5 §. 27: Moribus*, inquit, *nostris carnificis manu tractari maculam aliquam inurit.* At ICti cordatiores istas plebis voculas non curant, sed collegia opificum ad recipiendos, qui tormenta pervicerunt, cogunt. Factum hoc apud *Richterum in Decisione 80 n. 30, 31*, item a ICtis Vitebergensibus mense februario anni 1734: Hat Inquisit Arndt vor dem Scharff-Richter, als er demselben untergeben worden, daß er an dem ihm beygemessenem Diebstahle unschuldig sey, erhalten :c. :c. So ist das Handwerck der Kupffer-Schmiede, nach Vorschrifft der Rechte in *L. 14 C. ex quibus causis infamia*, ihn künfftig unter sich zu dulden, und wie andere seines gleichen zur Arbeit zu fodern schuldig.

XII

XII

Reus, qui tormenta pertulit, propter facinora tamen, quæ non purgavit, puniri,

XIII

atque hæc pœna etiam ad fustium ictum & exilium extendi,

XIV

quin imo, etsi nihil illiciti superfit, abitus e ciuitate & finibus eius iuberi potest.

Equidem aliqui ICti apud *Boerium in Decisione 163 n. 14* eo progrediuntur, ut tortum ac non confessum non solum ab infamia liberent, & in dignitates & collegia restituant, sed & in locum altiorem extollant: *Beatus*, inquientes, *homo, qui se omnino tenere potuit in tormentis, quoniam absolvetur, & melior quam ante accusationem reputabitur, cum prospere, & feliciter se purgaverit a sibi impositis.* Mihi tamen hoc non persuadent. Certe nec absolvuntur semper plene, qui tormenta perferunt, sed, siquidem facinus aliquod restat, quod non purgarunt, puniuntur propter hoc, aliquando etiam gravius, fustium virgarumque ictu & exilio. Fecerunt hoc ICti Helmstadienses mense aprili anni 1728: Hat *Inquisitin* die ihr zuerkannte Marter völlig ausgehalten, und dabey beständig den gehabten Vorsatz ihr Kind umzubringen geleugnet. Nun scheinet es zwar, ob sey *Inquisitin* nach Anleitung der Rechte *in L. ult. de Calumniatoribus, Art. 61 Constititut. criminalis*, von aller Straffe loß zu zehlen, da sie zumahl bey der Marter gar keine Schuld an des Kindes Tode gehabt zu haben vorgiebt. Alldieweil aber *Inquisitin* blooß allein über den Vorsatz ihr Kind umzubringen peinlich befraget worden, hingegen kein Zweyfel ist, daß sie durch die hallstarrige Verleugnung und Verheimligung ihrer Schwangerschafft und Geburth, unterlassene Verbindung der Nabelschnur und Versteckung des Kindes Ursach zu desselben Tode gegeben, immassen vorige Urthels-Fasser bereits deutlich aus den *Acten* gezeiget, mithin auch nach überstandener Marter ein *culposum homicidium* übrig bleibet, alſo nichts destoweniger eine Straffe statt finden muß, *Ludovici ad Art. 61 Constit. crim.*

Beyer ad eundem §. ult. und denn, nach des *Carpzovii in Quaest. Crim. 15 n. 26 seqq.* Lehre, die von der *Inquisitin* begangene *culpa pro lata* zu achten und mit dem Staupenschlage zu bestraffen ist; So wird *Inquisitin* nach abgeschwornen Urphe-den mit Staupenschlägen des Landes ewig verwiesen. Quin imo etsi post superatam quaestionem nihil poena dignum supersit, iudex tamen reum constanter inficiantem, non quidem relegare potest, ut *Struvius in Iurisprudentia lib. 4 tit. 21 §. 18* existimat, sed recte ex finibus iurisdictionis suae excedere & in perpetuum abire iubet. Hoc quippe magistratibus in cive improbo & noxio, quamvis non convicto, propter salutem publicam licere, ostendi in *Specimine 142 de Iureiurando purgatorio, medit. 10.*

XV

Reus post quaestionem superatam sententia iudicis absolutus, si postea, novis indiciis emergentibus, in quaestionem repetatur, nequit se exceptione rei iudicatae tueri,

XVI

nec necesse est, ut nova illa indicia per se ad decernendam quaestionem sufficiant,

XVII

Sed poterunt illa cum priscis indiciis per quaestionem abolitis coniungi.

Philippus IV, apud *Piasecium in Chronicis gestorum in Europa singularium ad annum 1620 pag. 421*, Hispaniae regnum mortuo patre adeptus, *Calderonem, secretarium Ducis Lermensis, insimulatum de veneno Reginae matri suae propinato, (prunis in authepsa ardentibus aliquis thura venenata iniecerat, ex quorum odore interiit tunc illa Regina, moris Germanici tenacior, eoque Hispanis inuisa) licet viuente Patre Rege fuerat absolutus, ad quaestiones reduci, & damnatum in foro publico capitis supplicio affici mandavit.* Id factum Philippi an iustitiae regulis conueniat, forsan dubitabitur. Nota est rei iudicatae auctoritas, quae ex albo nigrum, ex nigro album facit, atque adeo suspiciones omnes, quae ante adfuerunt, penitus abolet. Certe in *c. 6 X. de Accusationibus* simpliciter dicitur, de his criminibus, de quibus absolutus est accusatus,

tus, non posse accusationem replicari. Dissentit etiam *Brunnemannus in Processu inquisitionis cap. 8 memb. 5 n. ult. pag. 178: Nec*, inquiens, *priora indicia hic attendenda puto, quia per torturam purgata. Ideoque nova indicia requiruntur, quæ non tantum a prioribus specie sint diversa, sed etiam per se ad torturam inferendam sufficientia, præsertim cum tortus pro se novam præsumptionem innocentiæ ex tortura consecutus sit*, quem *lex 18 §. 1. de Quæstionibus* iuvare videtur, quæ reum non aliter in quæstionem repeti iubet, quam si evidentioribus argumentis opprimatur. Verum ista vox: *evidentioribus*, commode in nostram sententiam explicari potest, quum nova indicia ex præcedentibus lucem accipiant. Accedit *articulus Carolinus 58*, qui repetitionem quæstionis arbitrio iudicis simpliciter relinquit. Nec auctoritas rei iudicatæ & memoratum *c. 6 X. de Accusationibus* nobis obstant. Nam *cap. hoc* tacitam exceptionem habet, nisi nova argumenta & probationes accesserint, quæ in criminibus contra rem iudicatam ob bonum publicum admittuntur, quemadmodum ***in Specimine 470 de Auctoritate rei iudicatæ medit. 4*** ostendi.

XVIII

Reus, tormenta perpessus & absolutus, si novis argumentis opprimatur, nequit tamen a iudice, etsi de veritate criminis in animo plene convicto, ordinarie puniri,

XIX

sed vel in quæstionem repetendus,

XX

vel, si hæc propter inexpugnabilem rei contumaciam inutilis videtur, statim leviore pœna adficiendus est

Reus, toleratis fortiter tormentis, absolutus novis argumentis & suspicionibus premebatur, atque idcirco ab accusatore in quæstionem repetebatur. Ista nova argumenta per se ad pœnam ordinariam decernendam non sufficiebant, sed priscis iuncta tam luculenta efficiebantur, ut nemo ex nobis esset, qui de veritate commissi criminis dubitaret. Quærebatur ergo, an reus tanquam plene convictus damnari posset. Et potuisset utique, si res iudiciaria ex sola re-

cta ratione penderet. Hæc unicam iudici in sententiis ferendis regulam præscribit, quam sic optime Hadrianus in *L. 3 §. 2 de Testibus* proponit: *Quæ argumenta ad quem modum probandæ cuique rei sufficiant, nullo certo modo satis definiri potest: sicut non semper, ita sæpe, sine publicis monumentis cuiusque rei veritas deprehenditur, alias numerus testium, alias dignitas & auctoritas, alias veluti consentiens fama confirmat rei, de qua quæritur, fidem, hoc ergo solum tibi rescribere possum summatim: non utique ad unam probationis speciem cognitionem statim alligari debere: sed ex sententia animi tui te æstimare oportere, quid aut credas, aut parum probatum tibi opinaris.* Potest ergo excusari L. Calpurnius, triumvir, qui apud *Valerium Maximum lib. 8 cap. 4 n. 2* Alexandrum, quum in suspicionem C. Fl. equitis Romani occisi venisset, & sexies tortus ei se culpæ affinem fuisse pernegasset, perinde ac confessum & a iudicibus damnatum, in crucem egit. Nobis vero articulus *Carolinus 22* & *L. 16 C. de Pœnis* obstat, qui arbitrio nostro limites ponunt, & probationem artificialem, per indicia, suspiciones, signa, etsi animum iudicis plene convincant, ad damnationem sufficere negant. Igitur, si iura civilia spectas, repetenda saltem est quæstio, & damnatio suspendenda. Patet tamen iudici adhuc alia via tutior meliorque, ut nempe reum, cuius contumaciam renovatis auctisque tormentis frangi posse desperat, etsi nec confessum, nec iuridice, sed naturaliter saltem, convictum, extra ordinem pœna mitiore, nunquam tamen ultimo supplicio, nec virgarum aut fustium ictu, puniat. Nam is, quem modo memoravi, *articulus 22* saltem ad pœnas mortem inferentes corpusve affligentes pertinet, propter voces: peinliger Straff; quod idem in *L. 16 C. de Pœnis* clare præcipitur. At in pœnis, quæ nec mortem inferunt, nec corpus adfligunt, amplior iudici potestas datur, permittiturque caussam de plano cognoscere & statim discutere, reumque & sine corpore delicti & sine perfecta probatione istis pœnis subiicere, *L. 16. de Accusationibus*, ubi quidem potestas hæc iudicis etiam ad fustes & flagella extenditur, more istorum temporum, in quibus fustes & flagella relegationem adiunctam non habebant, atque adeo pro leviore pœna reputabantur, in quorum locum hodie carcer, cuius pœna olim

inco-

incognitu erat, *L. 8 ff. 9 de Pœnis*, succeſſit. Eadem poteſtas, reum plene non convictum ſine tormentis relegandi vel carcere coercendi, etiam *Auguſtus Saxo in Conſtitutione inedita ultima* magiſtratibus tribuit. Et ita ICti Helmſtadienſes bis reſponderunt, primum menſe Mart. an. 1715: Daß Inquiſit entweder ſeine übrige Lebens-Zeit in einem Zucht- und Werck-Hauſe oder anderem dergleichen Orte bey leydliger Arbeit und mäßiger Koſt wohl zu verwahren, oder aber, im Fall hierzu keine Gelegenheit seyn ſolte, nach abgeſchwohrnem Urpfeden und Erſtattung der auf dieſe Inquiſition gewendeten Unkoſten eine Stunde lang an den Pranger zu ſtellen, nachgehends des Landes auf ewig zu verweiſen. V. R. W. Rat. Decid. Obwohl Inquiſit die ehemahls wieder ihn wegen falſcher Müntze vorhanden geweſene ſtarcke Indicia durch die zu Beſenroda ao. 1710. überſtandene Marter völlig aus dem Wege geräumet zu haben ſcheinet, hiernächſt bey dem neuen wieder ihn gleichfalls wegen falſcher Müntze und geſtohlenen Pferdes entſtandenem Argwohne kein rechtes corpus delicti vorhanden, immaſſen ihn niemand bey denen Pferden geſehen, dasjenige aber, was von dem an Simon Holtzhauſen gegebenem böſem 2. gl. Stücke angeführet wird, in gantz keine Betrachtung zu ziehen iſt, überdies die wieder ihn abgehörte Zeugen nur ſingulares und die von ihnen angebene Indicia remotiſſima ſeynd; Wannenhero es das Anſehen gewinnet, als ob er ſchlechterdinges von der gegen ihn angeſtellten Inquiſition loßgezehlet werden ſollen; Alldieweil aber bey neuen ſich hervorthuenden Indiciis die vorige, ungeachtet ein Inquiſit wegen deren bereits die Tortur überſtanden, nicht gäntzlich auſſer Augen zu ſetzen, arg. *L. 18 §. 1 de Quæſtionibus*, *Carpzov. Quæſt. crim. 125 n. 7, 8, 27 ſeqq.* wenn zumahl, wie in gegenwärtigem Falle geſchehen, der torquirte bey der Marter nicht ſonderliche Empfindlichkeit bezeiget, und faſt gar einſchlaffen will, *d. L. 18 §. 1* ibid: *ſi in tormenta animum corpusque duraverit*; Wie denn die Verfaſſere des damahlen ausgeſprochenen Urthels Inquiſiten wegen der allzu ſtarcken indiciorum nicht ſchlechterdings loßgeſprochen, ſondern ihm die Gerichte zu räumen auferleget; ferner dasjenige, was die Zeugen von neuen wider Inquiſiten ausſagen, denſelben, wenn es zuſammen genommen wird, allerdings höchlich graviret, geſtalt denn ſingularitas teſtium, daſerne ſolche ſich nur nicht contradiciren, ſondern von diverſis actibus, welche alle

auf ein delictum hinaus lauffen, aussagen, deren fidei nichts benimmt, sondern nach Beschaffenheit der Umbstände auch völligen Glauben machen kan, *Schrader de Feudis Partis 9 p. 2 pr. sect. 13 n. 115* und aber Inquisit, die aus vorigem Proceß hergenommene Indicia ungerechnet, jetzt von neuem beschuldiget wird, daß er Erdmann Blanckenhagen einen Stempel zu machen sich erbothen, daß die beruffene falsche Müntzer, Klapperodt und Stieler, ingleichen die zu Franckenhausen hingerichtete beyde Brüder, öffters bey ihm aus und eingegangen, daß er bey deren Gegenwart sein Hauß fest verschlossen gehalten, und niemand eingelassen, welcher Receptation und Verheimligung er durch 2 Zeugen genugsam überführet ist, daß zu solcher Zeit auf seinem Boden ein Gerassel als von Müntzen gehöret worden, daß er den einen, so darnach sehen wollen, bey den Haaren von der Leiter zurück gezogen, daß er diesem Zeugen die Zunge aus dem Halse zu reissen, damit er niemand mehr verrathen könne, gedrohet, daß er im Gefängnüsse durch seine Frau dem Gerichts-Verwalther zu Hermanusacker, er sey vernommen worden, habe aber noch nicht auf ihn bekannt, wollen sagen lassen, daß von denen zu Roßla abgehörten Zeugen der vierte ihn mit eben denen beyden Kerlen, welche testis 2 Tages darauf mit denen gestohlnen Pferden angetroffen, aus seinem Hause gehen sehen, daß er überall ein böses Zeugnüß habe rc. rc. So erscheinet aus diesen jetztangeführten Umbständen bey Gegeneinanderhaltung der in der ersten Inquisition vorgekommenen überaus starcken Indiciorum deutlich, daß Kläger an denen ihm beygemessenen delictis nicht wohl vor unschuldig geachtet werden könne. Gleichwohl seynd wir in Ermangelung eines richtigen Corporis delicti, und weil wegen Inquisitens sowohl ehemahls als jetzt wiederumb bezeigter Hartnäckigkeit wenig Hoffnung die Wahrheit dergestalt heraus zubringen ist, angestanden, ihn wiederumb der Tortur zu unterwerffen. Weil aber bey seiner Freylassung zu befürchten ist, daß er, wie er bereits einmahl gethan, sein voriges Leben wieder anfangen und durch Fortsetzung seiner delictorum dem gemeinem Bestem schädlich seyn werde, so ist wohl das Beste, daß er sein übriges Leben in guter Verwahrung bey mäßiger Kost und leydliger Arbeit zubringe. Jedoch, im Fall hierzu dasigen Orts keine Gelegenheit seyn solte, so hat er wohl verdienet, daß er eine Stunde lang an den Pranger gestellet, und des Landes ewig verwiesen

wiesen werde. V. R. W. Deinde mense martio anni 1716: Daß Inquisit, Beckmann, entweder an einem darzu bequemen Orte in gute Verwahrung zu nehmen, und daselbst bey mäßiger Kost zu leydliger Arbeit anzuhalten, oder aber, im Fall es an füglicher Gelegenheit hierzu mangeln solte, nach abgeschwohrnen Urpheden und Erstattung der auf diesen Procefs gegangenen Kosten, der Stadt ewig zu verweisen sey. V. R. W. Rat. Decid. Obwohl Inquisit die ehemahls wieder ihn wegen Pferde-Diebstalls vorhanden gewesene Indicia durch die ausgestandene Marter völlig aus dem Wege geräumet zu haben scheinet, hiernächst bey dem neuem wieder ihn gleichfalls wegen Pferde-Dieberey entstandenem Argwohne kein rechtes Corpus delicti vorhanden, immassen des bey ihm gefundenen Pferdes halber sich niemand, der solches in Anspruch zu nehmen verlangte, angiebt, auch die andere Indicia ziemlich remota seynd; Wannenhero es das Ansehen gewinnet, als ob er schlechterdings von der gegen ihn angestellten Inquisition entbunden werden sollen. Alldieweil aber alle in dieser gantzen Sache vorkommende Umbstände deutlich an den Tag legen, daß Inquisit ein öffentlicher im Lande herum ziehender Dieb sey, auch das mitgebrachte Pferd gestohlen, immassen er solches heimlich des Morgens vor Tage in die Stadt gebracht, keinen Verkäuffer davon angeben kan, wegen des Geldes, damit er es bezahlet haben will, hefftig variiret, auch der angegebene Ort, wo der Kauff getroffen seyn soll, und andere Umbstände bey genauerer Erkundigung falsch befunden worden, ferner Inquisit die hinter dem Kasten gefundene 3. Dieteriche sonder Zweifel bey seiner Gefangennehmung dahin geworffen, gestalt er selbst nicht in Abrede ist, daß, als er allda gestanden, etwas niedergefallen, wie er denn auch bey Vorzeigung der Dietriche sich im Gesichte verändert und feuerroth geworden, hiernächst die gantze von Inquisiten sowohl summariter als auf die Articul gethane Aussage von lauter Unwahrheiten, Contradictionen und Variationen zusammen gesetzet ist, der andern Indiciorum, als daß Beckmann so lange Zeit von seinem Hause auch Frau und Kindern entfernet herum schweiffet, keine eigentlige Hanthierung treibet, und, was er davon vorgiebt, bey der Nachfrage falsch oder doch ungewiß erfunden wird, ingleichen, daß er bey Vorstellung seiner Contradictionen sich ängstlich anstellet, und verstummet, zugeschw[illegible]n,

im

im übrigen, und wenn auch obiges alles nicht wäre, dennoch dieses, daß er des Advocat Spitzers 130. Thlr. seinem eigenem Geständnüsse nach verzehret, ihn straffbar machet; So haben wir zwar in Ermangelung eines Corporis delicti weder auf eine Leib- und Lebens-Straffe, noch auf Wiederhohlung der Tortur, vielweniger bey so deutlich hervorscheinender Boßheit auf den Reinigungs-Eyd erkennen wollen, unterdessen aber dafür gehalten, es würde am besten seyn, wenn dieser dem gemeinem Wesen nicht allein unnütze, sondern auch schädlige und gefährlige Mensch seine übrige Lebens-Zeit verwahret und in einem Zucht-Hause, Vestungs-Bau oder dergleichen Orte zu leidliger Arbeit angehalten würde, wobey wir aber doch, wenn hierzu keine Gelegenheit vorhanden seyn solte, die Verweisung aus der Stadt angehenget. V. R. W.

XXI

Exantlata tormenta reum ab actione civili non liberant.

XXII

Igitur, qui crimen furti in tormentis a se amolitus est, potest tamen ad restitutionem rerum apud se repertarum adigi,

XXIII

& qui crimen adulterii in tormentis purgavit, potest adhuc in caussa divortii conveniri.

XXIV

Quin absolutio haec & condemnatio una sententia comprehendi possunt.

Reum, exantlata quaestione, absolvi oportere, extra dubium est. At haec absolutio, uti res iudicatae omnes, stricte interpretanda, nec ad aliam caussam, quamvis maxime vicinam, atque adeo nec ad caussam civilem, trahenda est. Neque obstat sententiae nostrae, quod caussa criminalis tanquam maior civili praeiudicium faciat. Haec regula enim saepissime fallit, &, si vel maxime perpetua esset, non impedit tamen, ne, finito praeiudicio, etiam altera caussa tracte-

tur.

tur. Claræ sunt hac de re *L. ult. C. de Ordine iudiciorum & L. un. C. Quando civilis actio criminali praeiudicet.* Quum igitur aliquando reus de furto accusatus & graviter suspectus crimen in equuleo pernegasset, scabini Vitebergenses eum quidem mense iunio anni 1737 absolverunt, simul vero ad restitutionem rerum, quæ apud ipsum repertæ fuerant, quasque suas esse accusator verisimillimis argumentis ostenderat, ac iureiurando firmarat, condemnarunt eadem sententia, secundum *L. penult. C. de Ordine iudiciorum:* Hat die Kirchhofin, als sie vorigen beyden Urtheilen zu Folge dem Scharff-Richter untergeben worden, ihre Unschuld an dem ihr beygemessenem Verbrechen erhalten, so wird sie zwar nunmehr von der wider sie angestellten Inquisition entbunden, jedoch, nachdem sie durch ihre angemerckte Variationen und eingestandene Partheiereyen ihr selbst den Verdacht und die Inquisition zugezogen, zu Bezahlung aller dadurch verursachten Unkosten angehalten, auch das bey ihr gefundene Geld, nachdem Christian Lindner dessen Eigenthum bescheiniget, und in supplementum beschworen, auch der fast überzeugten Inquisitin äuserste Hartnäckigkeit dem Eigenthümer sein hinlänglich beygebrachtes Recht nicht nehmen kan, jeztgedachtem Lindner billig abgefolget. Ex eadem ratione uxor de adulterio suspecta & torta, sed, quum crimen constanter negasset, absoluta, marito ad divortium agenti exceptionem præiudicii ac rei iudicatæ opponere non poterat. Ista enim argumenta, quæ maritus pro decernendo divortio allegabat, etsi ad adulterii pœnam decernendam non sufficerent, ad divortium tamen sufficiebant, *c. 12 X de Præsumptionibus.* Atque sic theologi pariter ac ICti Vitebergenses mense martio anni 1742 responderunt: Würde Kläger mittelst Eydes in supplementum erhalten, und, daß er den verdächtigen Umbgang der Beklagten mit Hans Michael Schillingen selbst gesehen, hiernächst der Brieff fol. 75. der Inquisitions-Acten der Beklagten eigene Hand sey, und ihm von Wilhelm Beeren zugestellet worden, er auch den Brieff fol. 76 der Inquisitions-Acten in ihrer Ficke gefunden, schwören, so ist Beklagte dadurch und durch die übrige in den Inquisitions-Acten von so vielen Zeugen eydlich ausgesagte und von ihr selbst zum Theil bekannt

kannte Umstände des Ehebruchs nach Beschaffenheit gegenwärtigen Civil-Processes hinlänglich überführet; und kommt ihr, daß sie bey der Inquisition die Marter ausgestanden, und deßhalb von der auf den Ehebruch gesetzten Todes-Straffe, als wozu das eigene Bekenntniß einer völlig ausgeübten Unzucht nothwendig ist, loßgesprochen worden, allhier, da die Rechte einen gewöhnlichen Beweiß durch Zeugen und Indicia anch statt der Marter den Erfüllungs-Eyd zulassen, nicht zu statten, sondern es wird die Ehe zwischen Klägern und der Beklagten nunmehr aufgehoben, und Klägern sich anderweit christlich zu verehelichen verstattet.

COROLLARIA

I

Quod *Hobbesius de cive c.* 2 §. 19 & ex eo *Pufendorffius de Iure Naturæ & gentium lib.* 8 *cap.* 3 §. 4 aiunt, tortum, sive verum sive falsum respondeat, sive omnino non respondeat, iure facere; merito in dubium vocamus.

II

Animadverti nuper in actis Hemsendorffio huc missis, ICtos

ICtos Vitebergenſes ante annos quatuordecim circiter reum de furtis plurimis maxime ſuſpectum, ſed tormenta perpeſſum, abſolviſſe quidem, ſed ſimul auctores magiſtratui fuiſſe, ut rem ad principem referret, hominemque toti provinciæ metuendum in opus publicum dari peteret, magiſtratum etiam hoc feciſſe, ac principem annuiſſe, & hominem ad opus publicum in triennium damnaſſe. Poterat hoc princeps in reo naturaliter, non iuridice, convicto; quod magiſtratui & collegio iuridico non licebat. Adde *Specimen de Reo convicto, ſed non confeſſo medit.* 12.

III

Non diu eſt, quod hæc ſpecies Ordini noſtro oblata fuit: Duo coniuges, de furto ſuſpecti, & in carcerem & iudicium tracti, perfricta fronte omnia negarant. ICti ergo maritum ad tormenta damnant, ac mulierem tantiſper ſeponunt. Maritus eadem conſtantia etiam tormenta perfert. Tunc ICti eum a crimine abſolvunt, uxorem vero ſe iureiurando purgare iubent. Publicatur ſententia ambobus, qua audita, maritus periclitantem uxoris ſuæ beatitudinem lamentari illamque cohortari incipit, ne iurando animam profundat, ſed magis confeſſione criminis hanc ſervet, ſeque ipſi exemplo præiturum, pollicetur. Nec mora. Reductus ad tribunal retractat inficiationem ſuam, ac ingenua confeſſione uxorem ſuam, ut et ipſa confiteatur, mouet. Depoſcitur igitur maritus ad ultimum ſupplicium. Ille autem, defenſorem nactus,

ctus, confeſſionem hanc, reſtitutionem ablatorum ex parte, & veniam reliquorum ab iis, quos compilarat, datam obtendit. Obſtabat maxime lex Saxonica, quæ furi, in ſolemni ad articulos reſponſione neganti, gratiam omnem denegat, & nec poſt ſequutam confeſſionem, nec reſtitutionem, nec remiſſionem prodeſſe vult. Conſultus Ordo noſter priorem illum comœdiæ, aut, ſi mauis, tragœdiæ, actum penitus finitum fuiſſe, atque adeo nullam eius rationem habendam eſſe, reſpondit, igitur furem, tanquam nouum reum, ob confeſſionem in principio ſecundi actus factam a laqueo liberarunt, et extra ordinem puniverunt.